



uerentem gentem nostram, ut adiungatur, quia filium Dei se fecit. CHR Y. Deinde Pilatus quidem timet ab ipis auditis, formidat, ne forte verum esset quod dicebat, & videretur inique agere. vnde sequitur. Cui ergo audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit. B E D A. Non timuit, quia legem audiuit, quia alienigena erat, sed magis timuit, ne filium Dei occideret. CHR. Illi vero hoc dicentes non horruerunt, sed interficiunt eum, pro quibus oportuerat adorare. Ho. eadem. c. CHR Y. Pilatus timore concussus, rursus inquisitionem facit. vnde dicit. Et ingressus est pratorium iterum, & dicit ad Iesum, vnde es tu? No autem ultra interrogat. Quid fecisti? Sequitur. Iesus autem responsum non dedit ei. Qui enim audit, quonia in hoc natus sum, & ad hoc veni, & quoniam regnum meum non est hinc, cum debuisset resistere, & eripere eum, hoc quidem non fecit, sed secutus est Iudaeum impetum. Propterea ergo nihil ei respondit, quoniam inaniter omnia interrogabat. Sed & aliter operibus testantibus ei volebat per sermones vincere & excusationes componere, ostendens quoniam ad hoc venit. A V G. Hoc autem silentium domini non sibi Iesu Christi non semel factum collatis omnium Euangelistarum narrationibus reperitur, & apud principem Sacerdotum, & apud Herodem, & apud ipsum Pilatum, ut non frustra de illo propheta processerit. Sicut agnus coram tondente fuit sine voce, sic non aperuit os suum: tunc utique, quando interrogantibus non respondit, quia in quibusdam interrogantibus saepe respondit: tamen propter illa, in quibus noluit respondere, ad hoc data est de agno similitudo. ut in suo silentio non reus, sed innocens haberetur, id est non sicut male sibi conficius, qui de peccatis conuincitur suis, sed sicut mansuetus qui pro peccatis immobilatur alienis. CHR Y. Quia igitur filium, sequitur. Dicit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris? nescis quia potestas, & potestas dimittere te? Vide qualiter seipsum condemnauit, si enim in te totum positum est, cuius gratia nullam causam inueniens, non absoluit? Quia igitur aduersus seipsum protulit, respondit Iesus, Non habes potestatem aduersum me vllam, nisi datu esset tibi desuper: ostendens quoniam non simpliciter, & secundum aliorum consuetudinem hoc fit, sed mystice consumatur. Ne igitur hoc audiens astimes eum ab omni eratum crimine, subdit. Propterea qui tradidit me tibi, peccatum maius habet. Et nimirum si datum erat, neque hic, neque illi obnoxii sunt criminibus inaniter dicit. Hoc enim datum est, id est concessum, ac si diceret, permisit hoc fieri, ne que tamen propterea extra nequitiam sunt. A V G. Ecce respondit proinde vbi non respondebat, sicut pastor docebat. Dicamus ergo quod dixit, quod & per Apostolum docuit, quia non est potestas nisi a Deo. Et quia plus peccat qui potestati innocentem occidendum liuore tradit, quam potestas ipsa si eum timore alicuius maioris potestatis occidit. Talem quippe Deus dederat illi potestatem, ut esset etiam sub Caesaris potestate. quapropter, inquit, Non haberes aduersum me potestatem vllam, id est quatuor talium que habes, nisi hoc ipsum quicquid est, tibi esset datum desuper, sed quia scio quantum sit: non enim tantum est, ut tibi omnimodo liberum sit: propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Ille quippe me tunc potestati tradidit inuidendo: tu vero eandem potestatem in me exerciturus es metuendo, nec timendo quidem praesertim innocentem hominem homo debet occidere, sed id zelando facere multo maius malum est, quam timendo: & ideo non ait. Qui me tibi tradidit, ipse habet peccatum, tamquam ille non haberet, sed ait. Maius peccatum habet, ut etiam se habere intellexerit. T H E O. Dicit autem, qui tradidit me tibi, id est Iudas, vel etiam turba. Cum ergo patens responsum Iesus ediderit, quoniam si ego memetipsum praebere, & pater concederet, non haberes potestatem in me, ex hoc potius ipsum absoluerit Pilatus fatigabat. vnde sequitur. Et exinde querebat Pilatus dimittere eum. A V G. Lege superiora & inuenies iam dudum eum quare dimittere Iesum. Exinde itaque intelligendum est. Propter hoc, id est ex hac causa, ne haberet peccatum occidendo innocentem sibi tradidit. Traet. 116. d. A V G. Maiorem timorem se ingerere putauerunt Iudaei

Pilato terrendo de Cesare, ut occideret Christum, qui superius vbi dixerunt. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit, vnde dicitur. Iudaei autem clamabant dicentes. Si hunc dim. no es amicus Caesaris. Omnis enim qui se Regē facit, contra. Caesari. CHR Y. Sed vnde habetis hoc demonstrare? a purpura, a diademate, a curru, a militibus? Nonne solus semper cum duodecim discipulis incedebat, per omnia vilia transiens & cibum, & solam, & habitationem? A V G. Traet. 116. Pilatus autem eorum legem non timuit, ut occideret, sed magis filium Dei timuit, ne occideret. Nunc vero non sic potuit conuenire Caesarem auctore potestatis suae, quemadmodum legem gentis alienae. vnde subditur. Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco, qui dicitur Lithostratos, hebraice autē Gabatha. CHR Y. Exiit quidem, ut scrutatus rem, sedere enim pro tribunali, hoc ostendebat. G L O. Sicut enim tribunal est iudicij, sic thronus, vel solij Regij, & cathedra doctorij. B E D A. Lithostratos autē dicitur quia lapide stratus, & erat locus sublimis. Sequitur. Erat autē parascue Paschae, hora quasi sexta. ALCVI. Parascue. i. pparat. o. hoc nomine dicebatur sexta sabbati, in qua praeparabant necessaria sabbato, ut de manna dictum est. Sexta die colligitis duplum, quia enim sexta die homo est factus, & in septima requieuit. Deus vero sexta die p homine patitur, sabbato quiescit in sepulchro. hora autem erat quasi sexta. A V G. Quid est ergo quod Marcus dicit, Erat hora tertia, quando crucifigerunt eum, nisi quia hora tertia crucifixus est dominus linguis Iudaeorum, hora sexta manibus militum? ut intelligamus horam quintam iam fuisse transactam, & aliquid de sexta ceptum, quando sedit pro tribunali Pilatus, quae dicta est et Ioanne hora quasi sexta: & cum duceretur, & crucifigeretur, & iuxta eius crucem gereretur quae getta narratur. hora sexta integra completeretur. Ex qua hora vsq; ad nonam Sole obsecrato, tenebras factas trium Euangelistarum, Matthaei, Marci, & Lucae contestatur auctoritas. Sed quoniam Iudaei factus interfecti Christi a se in Romanos. i. Pilatum, & eius milites transferre conati sunt, propterea Marcus ea hora qua Christus a militibus crucifixus est praetermissa: tertiam potius horam recordatus expressit, ut non tantum milites reperiantur crucifixisse Iesum: verum etiam Iudaei, qui ut crucifigeretur hora tertia clamauerunt. Est & alia huius solutio quasi flosionis, ut non hic accipiatur hora sexta diei, quia neque Ioanes ait, Erat hora diei quasi sexta, sed ait. Erat parascue hora quasi sexta. Parascue autem latine praeparatio est. Pascha enim nostrum, ut dicit Apostolus immolatus est Christus. Cuius Paschae praeparationem si ab hora non sitis nona computemus, quando videntur principes Sacerdotum pronunciaisse domini immolationem dicentes, Reus est mortis, ut que ad horam diei tertia, qua crucifixus est Christus Marcus Euangelista testatur, sex horae sunt, tres nocturnae, & tres diurnae. T H E O. Soluunt autem quidam, quod ex peccato scriptoris contingit apud Graecos nam quaedam littera graeca nomine gamma, cuius talis est figura Γ. tertiam horam importat: quaedam autem figura, quae ab eis vocatur epifemon, quae talis est Γ, sextam horam importat. Ex negligentia ergo scriptorum praecedens figura cedere potuit in sequentem. CHR Y. Pilatus ergo, ut scrutatus ens extens, nullam tamen scruationem faciens, tradidit eum, astimans mouendos esse eos. vnde sequitur. Et dicit Iudaeis. Ecce Rex uester. T H E O. d. Ecce qualem hominem fatemini, quod imperium vestrum capesseret humilis, ut nihil talis possit renare. CHR Y. Et nimirum quae dicta sunt erant sufficientia, ut faceret eos de caetero ab iracellare, sed trepidabant, ne dimissus rursus turbam duceret. Amor etenim principatus uersurum quid est, & animum sufficiens perdere, propterea magis insistent, unde sequitur. Illi autem clamabant. Tolle, tolle. Interficere enim eum conantur, exprobratissima morte. unde subdunt. Crucifige eum, formidantes, ne aliquid eius post ipsum fiat memoria. A V G. Adhuc autem Pilatus terrorem, quem de Cesare ingesserat, superare conatur. unde subditur. Dixit eis Pilatus. Regem uestrum crucifigam? de ignominia eorum uolens eos frangere, quos de ignominia Christi mitiga re non potuit. Sequitur. Responderunt pontifices. Non habemus Regem,

Regem, nisi Caesarem. CHR Y. Volentes seipsos submiserunt supplicio: propterea & Deus tradidit eos. Quia enim concorditer negauerunt regnum Dei, dimisit eos in suum iudicium incidere, regnum enim Christi resutantes id quod Caesaris est super se ipsos vocabant. A V G. Sed Pilatus timore mox vincitur. vnde sequitur. Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur. Aperit enim contra Caesarem venire videretur, si Regem se non habere, nisi Caesarem profitentibus: alium Regem velle ingerere, dimittendo impunitam, quem propter hos ausus ei tradiderunt occidendum. non autē dictum est. Tradidit eis illum, ut crucifigerent illum, sed sicut crucifigeretur. s. iudicio, ac potestate praesidis. Sed ideo illis traditum dixit Euangelista, ut eos crimine implicatos, a quo alieni esse conabatur ostēderet. non enim faceret hoc Pilatus, nisi ut id quod eos cupere cecebat, impleteret. e. q. G L O. Ad mandatum praesidis milites Christum susceperunt crucifigendum vnde dicitur. Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt. A V G. Potest enim hoc iam referri ad milites apparatus praesidis. nam postea euidentius dicitur. Milites ergo cum crucifixissent eum, quoniam Euangelista etiam si totum Iudaeis tribuit, merito facit. ipsi enim fecerunt quicquid ut fieret extorserunt. CHR Y. Sed quia lignum, ut prophatum putabant, & vitabant, & neque tangere ipsum sustinebant, crucem Iesu ut condemnatum imponunt, vnde sequitur. Et bauians sibi crucem, in eum qui de Calua. lo. hebraice autem Golgo. vbi cum crucifigeretur. Ita & in typo facti est. Isaac etenim ligna portauit, sed tunc quidem vique ad patris beneplacitum res processit. nunc autem in rebus effecti obtinuit: veritas enim erat. T H E O. Sed quodammodo, ut illic Isaac dimissus est, & matrus est aries, sic & hic diuina natura manet impassibilis, sed humanitas secundum quam aries dicitur: tamquam errantis arietis ad arietis hic madata est. Sed qualiter alii? Euangelista dicit, quod angariuerunt Simonem, ut crucem portaret. A V G. de Con. Euan. Vtrumque factum inuenimus. primo id quod Ioannes dicit. deinde quod caeteri tres. vnde intelligitur, quod ipse sibi portabat crucem, cum exiret in locum memoratum. A V G. V. super Ioan. Grande spectaculum, sed si spectet impietas grande ludibrium, si pietas grande mysterium. Vnde impietas Regem, pro virga Regni lignum sui portare supplicij. videret pietas Regem bauiantem lignum ad seipsum figendum quod fixurus fuerat, etiam in frontibus Regum spernendum oculis impiorum, in qua erant gloriae corda sanctorum, ipsam crucem suam gellans humeris commendabat, & lucerna arsurae quae sub medio ponenda non erat, candelebrum ferebat. CHR Y. Et sicut virores, ita & ipse in humeris portabat signum. Quidam autem dicunt, quod in illo loco, qui Caluarie dicebatur Adam mortuus est, & sepultus, ut in loco vbi mors regnauit, illic & Iesus tropaeum statuerit. H I E R O. super Matth. Fauerabilis interpretatio, & mulcens autem populi, nec tamen vera. Extra urbem enim & foris portam loca sunt, in quibus truncantur capita damnatorum, & Caluarie quasi decollatorum implere nomen. Adam vero sepultus iuxta Ebron, & Arbae in Iesu filii Nauae volumine legimus. CHR Y. Crucifigebant autem eum cum latronibus. vnde sequitur. Et cum eo alios duos hinc & inde. me autem Iesum. In hoc prophetiam implentes, quoniam cum iniquis reputatus est. Quae enim conuicias faciebant, haec veritati conferebant. volebat enim demon, quod fiebat obumbrare, sed non valuit. Tribus enim in cruce affixis miracula, quae fiebant, nulli ascripsit, nisi soli Iesu: ita inanes diaboli artes factae sunt. nec solum non obtuit gloriae eius, sed conuulsi non partem, nam latronem in cruce conuertere, & in paradysum inducere, non minus fuit quam conuultere petras. A V G. Tamen & ipsa crux si attendas tribunal facti. in medio enim iudice constituto, vix latro qui credit liberatus: alter, qui insultauit damnatus est: iam significabat quod facturus est de viuis & mortuis: alios postea dextram, alios vero ad sinistram. Hom. eadē. f. CHR Y. Sicut in tropaeo latero ponuntur victoriam ostēdentes, ita Pilatus titulum cruci Christi inscripsit. vnde dicitur. Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. simul quidem pro Christo respondens, ut eum a communionem latronum discerneret, simul autem & de Iudaeis vlciscens ostendens. Cipfori malitiam dum in suum Regē insurrexerunt. vnde sequitur. Erat autem scriptum. Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum. B E D A. Ia

quo monstrabatur iam tum regnum ipsius, non ut ipsi putabant delirium, sed potius augmentatum. A V G. Sed Iudaeorum tantum Rex Christus est, an etiam Gentium? immo & Gentium. Cum enim dixisset. Ego autem sum constitutus Rex ab eo super Syon montem sanctum eius. Iubecit. Postula a me, & dabo tibi gentes haereditarem tuam: magnum ergo volumus intelligi in hoc titulo sacramentum, quia. s. oleaster factus est particeps pinguedinis oleae, non olea particeps facta est amaritudinis oleae: Rex ergo Iudaeorum Christus, sicut Iudaeorum circumcisio non carnis, sed cordis, non littera, sed spiritu. Sequitur. Hunc ergo titulum multi legebant Iudaeorum, quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Iesus. CHR Y. Credibile autem est multos Gentiles simul cum Iudaeis propter festum conuenisse: & ideo ut nullus ignoraret, non in vna lingua, sed in tribus scriptis. vnde subditur. Et erat scriptum hebraice, graece, & latine. A V G. Haec quippe tres linguae ibi praeter ceteras eminebant. Hebraea propter Iudaeos in lege Dei gloriantes. Graeca propter Gentium sapientes. Latina propter Romanos multis & pene omnibus tunc Gentibus imperantes. T H E O. Significat autē super scriptio triplici sermone figurata dominum esse Regem praetice, physicae, necnon theologiae. Nam per latinam litteras figuratur praetice, eo quod Romanorum imperium potentissimum satique officiosum in expeditionibus fuerit. Per graecas vero litteras physica figuratur. Graeci namque erga naturalium speculationem insudauerunt. Denum per hebraicas theologia praetenditur, dum Iudaeis est cre dita rerum diuinarum agnitio. CHR Y. Iudaei autem crucifixo inuidebant. vnde sequitur. Dicebant ergo Pilato. Tu noli scribi Rex Iudaeorum. Rex sum Iudaeorum. Nam haec quidem enun ciatio est & communis sententia. Si vero adiciatur. Quoniam ipse dixit, ipse petulantia, & extollentia ostenderet crimen esse. sed Pilatus in priori stetit mente. vnde sequitur. Respondit Pilatus. Quod scripsi scripsi. Ineffabilem vim diuinae operationis, etiam in cordibus ignorantium: nonne occulta vox quaedam Pilato intus quodam si dici potest clamose silentio personabat? quod tanto ante in Psalmorum litteris prophatum est. Ne corumpas tituli inscriptionem. Sed quid loquimini insani pontifices? numquid enim propterea non erit verum, quia Iesus ait Rex sum Iudaeorum? Si corumpi non potest quod Pilatus scripsit, cor rumpi potest quod veritas dixit? Ideo enim Pilatus quod scripsit, scripsit, quia dominus quod dixit, dixit. g. q. A V G. Iudicantē Pilato, milites qui ei parebant crucifixerunt Iesum. vnde dicitur. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & tamen si voluntates, si clamores eorum cogitent, Iudaei magis crucifixerunt. sed de partitione fortitioneque vestimentorum eius, caeteri Euangelistae breuius & clausē, iste vero apertissime locutus est. nam sequitur. Et fecerunt quatuor partes vnicuique mi partem, & vnde apparet quatuor fuisse milites qui in eo crucifigendo praesidi parauerunt. sequitur. Et tunicam, subaudiendum est. Acceperunt, & ut ille sit sensus. Acceperunt autē & tunicam. & sic locutus est, ut de caeteris vestimentis nullam sortem missam esse videamus, sed de tunica quam simul cum caeteris acceperunt, sed non similiter diuiserunt. De hac enim sequitur exponens. Erat autē tu. in con. desuper contexta per totum. CHR Y. Ipsiā speciem tunicae Euangelista historice designat. quia enim in Palestina duos pannos cohaerentes subtexunt indumenta, ostēdit Ioannes, quod talis erat tunica Iesu, occulte vilitatem vestimento rum insinuans. T H E O. Alii vero dicunt, quod apud Palaestinam telas contextunt, non velut apud nos textuntur, existente superius flamine, inferius vero textentibus, ut sic non versus partem supremam textura protēdat, sed contra. A V G. Cur autem de illa fortem miserint narrat, dicens. Dixerunt ergo ad inuicem, non scim. eam. sed for. de illa, cuius sit. Apparet itaque in aliis vestimentis aequales se habuisse partes, ut sortiri necesse non fuerit. In illa vero una non eos habere potuisse singulas partes, nisi scinderetur, ut pannos eius inutiliter tollerent, quod ne facerent ad unum ea peruenire fortione maluerunt. Huius Euangelistae narrationi consonat, & propheticum testimonium. unde subiungit. Vt scriptura adimple. di. parti. sunt uesti. mea sibi, & in ue. meam mi. fortem. CHR Y. Intuere prophetae certitudinē. non enim quae partiti sunt solum, sed & quae non partiti sunt. Dixit igitur propheta, vestimenta quidem diuiserunt, sed non uesti forti concesserunt. A V G.